Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ca. iij. Multi magis appetunt lucrum quam honorem.
Ihesus filius Sirach in Ecclesiastico ca. v. Noli anxius esse in divitiis iniustis. Idem xxvj ca. Que in iuventute tua non congregasti, quo invenies in senectute tua.
Therencius in Adelphis ca. v. Pecuniam in loco neglegere interdum maximum est lucrum.
Oracius in epistolis libro primo epistola prima. O cives o cives etc. Vide supra c. libro primo capitulo primo.
Idem in sermonibus libro ij sermone v.
Dixi equidem et dico captivus astutus ubique.
Testamenta senum, neu si vafer unus et alter
Insidiatorem preroso fugerit hamo.
Aut spem deponas aut artis illius amictas.
Ovidius de arte amandi libro ij.
Credita non sulci semper cum fenore reddunt.
Seneca tragediarum in Hercule Octheo ca. ij.
Comoda cladibus
Magnis magna patent.
Idem epistolarum ad Lucillum libro ij epistola iij. Representat opes sapiencia. Ex multis paupertatibus divitie fiunt.
Lucanus libro primo.
Paupertas fugitur totoque arcessitur orbe.
Quo gens quoque perit.
Lex ff. ad l. Jul. l. pendiam propositum est an nos locupletes dici quam amisimus.
Ibidem ff. de reg. iur. l. secundum naturam. Secundum naturam est comoda cuiusque rei eum sequi que sequuntur incomoda. Iure civili equum est neminem cum alterius detrimento vel iniuria fieri locupletem.
Cassiodorus epistolarum libro viij epistola ix. A paucis recipit qui nimium querit.
Proverbium metricum ex ordine librorum vagum.
Dat galienus opes, lex sacra Iustiniana.
Ex aliis paleas, ex istis collige grana.

De lucri acquisitionis honestate consideranda. capitulum iiij.

Psalmista xxxvj ps. Melius est modicum iusto quam super divitias peccatorum multas.
Salomon in proverbiis ca. xvj. Melius est parum cum iustitia quam multi fructus cum iniquitate.
Isocrates in exortationibus ca. ij ad finem. Amplectere magis penuriam quam iniustas divitias. Hec enim iustitia divitiis potior, neminem alterius lucri iuvit.
Aristoteles pollliticorum libro vj ca. iij. Noli an-

Multi magis appetunt lucrum quam honorem.
Ihesus filius Sirach in Ecclesiastico ca. v. Noli anxius esse in divitiis iniustis. Idem xiij ca. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. Idem xxxj ca. Beatus dives qui inventus est sine macula.
Therencius in Adelphis ca. v. Pecuniam in loco negligere interdum maximum est lucrum.
Tullius rhetoricorum artis nove libro vj et fi. ca. v. Due sunt res que possunt homines ad turpe compendium movere. Inopia atque avaricia.
Cassiodorus epistolarum libro v epistola xiij. Pulcrum est lucrum fidam neglexisse lucra pecunie.
Idem libro viij epistola xx. Pecunias illa volumus quibus libra iustitie suffragatur.
Idem libro viij epistola iij. Aurum siquidem per bella querere nephas est, per maria periculum, per falsitates obprobrium. In sua vero natura iustitia, honesta autem lucra per que nemo leditur. Bene queritur quod a nullis adhuc dominis abrogatur.
Ibidem xiiij epistola. Comodum debet esse nimium. Nam si mensuram equalitatis excessit, diu sui nomen non habebit. Ibidem epistola xv. Illud tantum vere possumus lucrum dicere quod constat divina iudicia non punire. Idem libro xj epistola viij. Quid acquirere putat ubi bona conscientia perdit, aut in qua parte potest homo proficere, si in moribus probatus fuerit amisisse. Idem libro xj epistola xiij. Ultra omnes crudelitates est divitem velle fieri de exiguitate mendicantium. Ament honesta lucra, horreant dampnosa compendia.
Iacobus Beneventanus ca. xlvj.
Est id turpe lucrum quod non detrahit honestas.
Ferre solet dampna crimine plena lucra.

De rapina furto et quacumque ablatione alieni. ca. v.

In exodo ca. xx. Non furtum facies. Idem xxj ca. Qui furatus fuerit hominem et vendiderit eum convictus noxe morte moriatur. Idem xxij ca. Si effringens fur domum sive suffodiens fuerit inventus et accepto vulnere ibi mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis, quod si orto sole hoc fecerit homicidium perpetravit et ipse morietur.
Moyses in deutronomio ca. xix. Non assumes neque transferas terminos proximi tui quos fixerunt priores in possessione tua. Idem xxiiij cap. Ingressus vineam proximi tui comede uvas quantum tibi placuerit, foras autem ne feras tecum.